



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

264. Item de incestis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

tuimus, ut nulli liceat Christiano de propria consanguinitate seu cognatione uxorem accipere usque dum generatio recordatur, cognoscitur, aut memoria retinetur.

Burchard. lib. 7. c. 2.

Hæc de multimoda fornicatione ex diversis opusculis perstrinximus, sacerdotum iudicio relinquentes quid salubrius & utilius esse in dandis pœnitentiis decernant.

Ne in domibus fidelium adulteria perpetrentur. *Ex Concilio Meldensi.*

CCLXIII. Provideant viri potentes, & maximè potentes feminae, ut in suis domibus adulteria & luxuriæ concubinaticæ & incesta adulteria non vigeant. & * suos Presbyteros, qui cum eis in Capella vadunt, huiusmodi virtutem habere faciant, quatinus in domibus suis omnia vitia rescent, & orationem dominicam ac symbolum cunctos tenere & frequentare compellant: quia parrœchiani Presbyteri & Episcoporum ministri de minoribus & levioribus personis hoc providere studebunt.

Concil. Meld. c. 74.

* *Vetus codex MS. sui Presbyteri*

De eadem re. *Ex Capitularium lib. III.*

CCLXIV. Dicitur est nobis quòd in quibusdam locis Episcopi & Comites ab incestuosis, & ab his qui decimas non dant, vva-dios accipiant, & à Presbyteris pro quibusdam negligentis, & inter se pecuniam dividant. quod penitus abolendum decrevimus, ne forte avaritiæ locus detur.

Concil. Cabilen. 2. c. 18.
Lib. 2. Capitular. c. 38.
Lib. 2. Leg. Longob. tit. 3. c. 10.